Nobilissime et Amplissime Vir,
domine observandissime,

ACAD.
LUGD.BAT.
BIBL.

Acerbi luctus sui aliquod solatium sperat familia nostra à benevolentia tua, quam experta saepius fuit; si fortè eâ adjutus Obermerius, perillustris viri Dni Withsi actuarius, cognatus noster, defuncti Conchelbergi nostri locum apud te impetrare possit. Haud verear de illo spondere officia eadem, eundemque affectum, quae frater meus, ubi spero, Ampl. Tuae probavit, et moribundus etiam nobis testatus fuit. Plurimum familia nostra debet Tuae; et quidem id sibi gloriae ducit; quam multum auxit accessio singularis humanitatis in me fratremque meum Tuae. Hac fretus et accensus, spero, benignum illum animum tuum, bene merendi cupidum, datae occasioni et omnibus nostrûm votis haud defuturum. commune etiam nobis beneficium contigisse censebimus; utque cum commodo quoque tuo bene vertat, juvenis ille diligentiâ omni et obsequio annitetur. Vale et veniam concede alium commendanti, qui se ipsum commendare nequit. Hag. Com. XXIII Sept. CIƆIƆCXXIX.

Ampl. Tuae

devotissimus

J. Golius

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Golius) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/457a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Golius) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/457a

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Golius) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/457a

A Monsieur
Monsieur Huygens
Secretaire de son
Exce.
Au camp.

28.76.29.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Golius) 3
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/457a